

des Buches zeigt den grossen Fortschritt, den die österreichische Geschichtsforschung in den letzten 25 Jahren gemacht hat.

Krones gab ein Handbuch der österreichischen Geschichte in vier Bänden heraus.¹⁾ Er hat schon den Versuch gemacht, die Geschichte der einzelnen Länder organisch zu verbinden. Einen Vorzug des Werkes bilden die reichen Literaturangaben.

Das bedeutendste Werk ist die Geschichte Oesterreichs von Alfons Huber.²⁾ Die österreichische Geschichte beginnt nach Huber im 10. Jahrhundert mit der Staatengründung in Ungarn und Böhmen. Zum Verständnisse ist jedoch die frühere Geschichte als Vorgeschichte vorzuschicken. Diese reicht also von den ältesten Zeiten bis in das 10. Jahrhundert. Die Geschichte der einzelnen Kronländer soll aber nicht dort eingefügt werden, wo dieselben mit Oesterreich vereinigt wurden, sondern die Geschichte Oesterreichs muss nach der synchronistischen Methode behandelt werden, wie dies Büdinger gethan hat. Im Gegensatze zu Mayer will Huber hauptsächlich „Staatsgeschichte“ geben. Leider ist das Werk unvollendet geblieben, da der Verfasser 1899 gestorben ist. Der fünfte Band endet mit dem westfälischen Frieden.

Im Jahre 1854 wurde das „Institut für österreichische Geschichtsforschung“ gegründet und im folgenden Jahre wurde es eröffnet. Seit dem Jahre 1880 gibt dasselbe eine Zeitschrift heraus „Die Mittheilungen des Inst. f. österr. Geschichtsforschung.“

Das Wilheringer Formelbuch »De kartis visitacionum.«

Herausgegeben von Dr. Otto Grillnberger, Ord. Cist. in Wilhering.

(Fortsetzung zu Heft II—III. 1899, S. 482—495.)

60.

..... — *Abt Johannes meldet dem Prior und Convente eines Klosters, dass er, commissionem nobis factam expleturi, kommen werde. (F. 24.)*

61.

1355. 12. Juli. (Wilhering.) — *Abt Otto von Ebrach visitiert das Stift Wilhering und hinterlässt die charta visitationis.*

Nos frater Otto abbas in Ebera anno domini MCCCLV dominica proxima post translacionem beati Benedicti abbatis filiam

¹⁾ Berlin 176 ff. Ein Auszug daraus ist der Grundriss der österr. Gesch. Wien 1882.

²⁾ Gotha 1885 ff. Bisher 5 B. Von demselben Verfasser erschien eine »Oesterreichische Reichsgeschichte« in einem B. Wien 1895. Eine Reichsgeschichte veröffentlichten auch Bachmann, Luschin und Werunsky.

nostram in *Withering* in Christo nobis dilectam secundum formam ordinis personaliter visitantes pro reformatione ibidem discipline regularis et inviolabili observancia ab omnibus personis huius domus custodiri volumus subnotata. In primis. Cum ad dilatacionem divine laudis nostre mentis aciem non inmerito dirigere debeamus, eapropter statuimus et ordinamus, ut divinum officium in choro et infirmitorio distincte et devote ad horas diurnas persolvatur non minus quam cum XII numero personarum, sane adicientes,¹⁾ ut singuli sacerdotes in conventu existentes tres missas ad minus in septimana legant et ministri semel communicent. Si quis negligens in divino officio et legendis missis repertus fuerit, nisi evidenter in capitulo se excusaverit, singulis sabbatis diebus a presidente proclametur et cum disciplina regulari ipsa die pitancia careat. Item cum presens domus a retroactis temporibus tam in spiritualibus quam in temporalibus usque ad nostra tempora divina favente gracia in competenti statu perseveraverit, ne hec nostris temporibus deficere incipiat, omni studio et sollicitudine paterna domino abbati, prioribus ac senioribus huius domus seriose iniungimus, quatenus [F. 24'] disciplinam ordinis in se et in aliis sic foveant et nutriant, maxime in divino officio et observancia silentii et juvenum diligenti informacione in leccione et in cantu, sicut divinam remuneracionem ac nostram commendacionem singularium voluerit adipisci. Adicientes, quod si quis prioribus vel presentibus inobediens vel rebellis repertus fuerit, quod taliter corripiatur coram omnibus in pane et aqua ac ceteris penis, prout ipsius²⁾ temeritas demeruerit, quod aliis transeat in terrorem. Inferioris vero gradus nullus ad sacros ordines promoveatur, nisi officia conventualia sciverit³⁾ competenter. Item cum secundum precepta sancte regule abbas omnia teneatur cum consilio facere, eo quod ubi multa consilia, ibi salus, domino abbati seriose mandamus, ut omnes causas, signanter illas, que maioris necessitatis et utilitatis esse perspexerit, cum illis personis tractet, quas sibi in presenti visitacione de consilio suo ac conventus pro consiliariis deputavimus, et quod maiori et saniori parti visum fuerit, hoc sequatur. Nullam eciam personam sine maturo consilio eorundem emittat. Item cum ab inicio ordinis nostri pro bona fama et tranquillo⁴⁾ conscienciarum statu sit ordinatum necnon districte preceptum ac eciam a summis pontificibus sancitum, ut mulieribus infra septa monasteriorum nostrorum nequaquam ingredi liceat, firmiter ac in virtute sancte obediencie tam domino abbati quam

1) *adicientes.*

2) *ipsorum.*

3) *sciverint.*

4) Nach tranquillo *si* getilgt.

omnibus aliis huius domus professis mandamus, ut ad observanciam tam salubris statuti toto conamine¹⁾ intendant quacumque occasione in contrarium excepta. Quodsi aliquis repertus fuerit, qui consilium, favorem aut auxilium prestiterit mulieribus ingrediendi, absque retractacione habitus regularis eidem auferatur ac ultimus omnium ponatur usque²⁾ ad futuram visitacionem et nichilominus tam dominus abbas quam totus conventus ipso die nullo alio cibo preterquam pane et aqua vescatur. Item cum propter absenciam priorum de conventu disciplina regularis, ut manifestis experimentis didicimus, transeat et tepescat, idcirco statuimus, ut quocienscumque priorem abesse contingat, quod subprior locum suum in conventu teneat et nulli alteri committat nisi pro inevitabili casu necessitatis. Item cum secundum statuta papalia officiales plenam et integram computacionem de receptis et expensis reddere teneantur, cellerario ac aliis officialibus seriosissime mandamus, quatenus singulis annis, sive presentes seu absentes fuerimus, infra octavam [F. 25] corporis Christi in presencia domini abbatis ac tocius conventus fidelem et integram computacionem facere non obmittant. Quod si obmiserint, singulis sextis feriis in pane et aqua sint, quousque nostrum compleverint mandatum. Item ut fratres sint absque murmuracione, statuimus et ordinamus, ut persone huius domus in infirmitorio decumbentes, postquam a suis infirmitatibus convaluerint et hinc inde deambulare potuerint, se aliis confortent, videlicet in refectorio comedendo et in dormitorio communi dormiendo vel retro chorum stando, quam tamen consideracionem discrecioni presidencium duximus committendam. Item cum secundum apostolum nichil aliud pro stipendio presentis vite preterquam victum et vestitum habere teneamur, sine quibus nec ipsi deo servire possimus, idcirco cellerario, subcellerario seriose precipimus, quatenus conventui servicia ac pitancias consuetas plene et integre ministrare nullo modo obmittant. Quod si obmiserint una vel pluribus vicibus,³⁾ nisi se in presencia conventus legitime excusaverit, sequenti die qui ministrare debuerat omni pitancia cum porcione vini careat. Possessionum distracciones, vendiciones, personarum recepciones, debitorum augmentaciones simpliciter fieri prohibemus nisi secundum statuta papalia et de nostra licencia speciali. Hanc autem kartam sex vicibus ante futuram visitacionem in capitulo coram omnibus recitari volumus, ne aliquis de ignorancia quomodolibet se valeat defensare.

1) *canomine.*

2) *eisque.*

3) *vicis.*

62.

1344. 19. Mai. (*Engelszell.*) — *Abt Hermann von Wilhering* urkundet über seine *Visitation des Klosters Engelszell.*

Nos frater *Hermannus* dictus abbas de *Wilhering* anno domini MCCCXLIII in die beate Potenciane virginis abbaciam in *Cella Angelorum* filiam nostram secundum formam ordinis visitantes submissorum inviolabilem observanciam indicimus omnibus ibidem ad nostre professionis regulam obligatis. In primis. Quoniam non sic nova cudimus, ut vetera destruamus, hinc est quod cum statuta nostra preterito anno hic in karta relicta invenerimus minus observata, ipsa cum singulis articulis ibidem contentis duximus renovanda volentes omnino ac sub debito [obediencie] prioribus ac ceteris, quorum interest, committentes, ut eadem taliter cum penis debitis ordinent observari, quod in futura visitacione ipsorum diligenciam commendantes nostram coercionem valeant evitare, adiuncto, quod infra septa abbacie tempore divini officii silencium, prout est in aliis domibus consuetum, observetur. Prioribus insuper iniungimus, quod licenciam loquendi taliter limitent, sicut necessitati eorum, qui receperint ab eis, noverint expedire. Item circa distracciones vel vendiciones rerum immobilium monasterii ac recepçiones personarum mandatum nostrum, ut in karta huic annexa est expressum, necnon secundum papalia instituta irrefragabiliter observetur.

63.

1343. 26. Juni. (*Engelszell.*) — *Abt Hermann von Wilhering* visitiert das *Stift Engelszell* und hinterlässt die *charta visitationis.*

[F. 25] Anno domini MCCCXLIII in die beatorum martirum Iohannis et Pauli nos frater *Hermannus* dictus abbas in *Wilhering* in abbacia *Celle Angelorum* filie nostre annuum servantes visitacionem omnes in eadem domo divino servicio adherentes ad observanciam astringimus submissorum. In primis. Quoniam sicut corpus solare stellis ceterisque syderibus sui luminis participat claritatem, ita exercitium spirituale per maiorum providam circumspencionis sollicitudinem percipit religiose conversacionis augmentum gracie et virtutis, prioribus igitur eiusdem domus damus firmiter in mandatis, quatenus erga disciplinam vite monastice ceterasque observancias regulares nutriendas in choro et in leccione sic invigilent et intendant studio efficaci, quod ex huiusmodi divine retribucionis premium nostreque commendacionis oraculum consequantur, annectentes, quod eos, qui se a vigiliis plus quam semel in septimana sine necessitate et causa rationabili absentaverint, pro qualibet vice proclamare studeant ablato talibus potu vini. Similiter qui notati fuerint in dicendis horis pensum deo non reddere servitutis sic castigentur, quod timor eos retrahat ab

huiusmodi negligencia, quos non allicit amor dei. Insuper in festivitibus et nataliciis sanctorum, dum sedecim personarum numerus in choro fuerit, ad psalmos primi nocturni in vigiliis et ad vespervas punctum teneri volumus, prout alibi laudabiliter observatur. Item cum iuxta verbum legis donatarius sit obligatus ad antydota donatori, committimus domino abbati, priori et bursario, qui pro tempore fuerint, quatenus novum registrum¹⁾ compilent studio diligenti, ubi res mobiles vel immobiles tam a fundatore quam aliis fidelibus a prima plantacione huius loci donatas, prout ex relatione seniorum vel scripture assercione colligere poterunt, lucide conscribi faciant, ut videlicet sciri possit, quomodo per successiones abbatum regimen huius monasterii assumencium sive eciam cedencium aut decedencium sit huius domus dispensacio procurata memoria huius ecclesie benefactorum perhenni tempore duratura, committentes nichilominus domino abbati, ut secundum statutum papale ad minus quater in anno a cellerario et bursario de receptis et expensis audiat racionem. Preterea potaciones nocturnas in infirmitorio completorio decantato simpliciter amputamus decernentes huius mandati transgressores a presidentibus capituli taliter puniri, quod pena docente ab huiusmodi consuetudine, que magis corruptela dicitur, resipiscant. Ingressus eciam mulierum infra septa claustrum finaliter interdicimus committentes cellerario, ut ad hoc adhibeat diligenciam efficacem, nisi funus sollempne supervenerit cum potentibus [F. 26] dominabus sepulture volentibus interesse, cum non expediat tales excludi, quas constat ex devocionis affectu huic monasterio largas elemosinas impedisse. Nec aliqua secularis persona admittatur ad esum carniuum in mensa vel commodo monachorum, quantumcumque familiaris fuerit, maxime cum illud obviet regularibus institutis. Conversis eciam deputetur magister ydoneus, qui diebus dominicis eis capitulum sequestratim teneat ipsorumque confessiones in eodem loco recipiat, prout in singulis domibus non est dabium observari. Item distracciones, vendiciones, permutaciones possessionum, recepciones personarum ad victum vel ad habitum, contractus debitorum, maxime ad usuras, fieri absque nostra licencia speciali seriosissime prohibemus. Hanc autem cartam ante futuram visitacionem nostram quaternis vicibus in capitulo recitari volumus, ne cuiquam ignorancie excusacio valeat suffragari.

64.

(1333—1342.) 6. Mai. (Wilhering.) — *Abt H(ermann) und der Convent von Wilhering präsentieren dem Bischofe Albert von Passau Herrn M. für die Pfarre Greimh(arsteten).*

Reverendo in Christo patri et domino semper honorando,

¹⁾ Nach registrum *compliant* durchstrichen.

domino *Alberto*¹⁾ venerabili episcopo *Patawiensis* ecclesie frater *H(ermannus)* dictus abbas et conventus de *Wilhering* cum oracionibus reverenciam et obedienciam debitam et devotam. Cum ecclesia in *Greimh(arsteten)*,²⁾ cuius ius patronatus ad ecclesiam nostram dinoscitur pertinere, per mortem³⁾ domini *N.* quondam pastoris ibidem nobis cepit vacare, dominum *M.* exhibitorem presencium, vita et moribus ydoneum et discretum vestre reverende paternitati duximus presentandum supplicantes intimo cum affectu, quatenus eundem de dono altaris investire dignemini tamquam sufficientem et bene dignum ob intuitum oracionum nostrarum et specialiter propter deum. Datum [in die] Iohannis ante portam Latinam.

65.

1359. 9. Februar. *Wilhering*. — *Abt Wernhard von Wilhering (Wylhering) an die Mauteinnehmer in Stayn, Ybsa, Mautthausen et in Lyntz:*

Noverit vestra sinceritas, quod lat-ri presencium ad nostram cymbam posuimus duo vascula cum esocibus et pisis⁴⁾ ad sustentacionem nostre prebende, ut ad nostrum monasterium nobis ducat. Quare discrecionem vestram petimus ex affectu, ut cum termino mutte vestre attigerit,⁵⁾ libere et quiete ipsum transire concedatis ex gracia a retroactis temporibus nostro monasterio liberaliter tradita et indulta. Datum in *Wylhering* anno domini MCCCLIX sabbato post festum beati Agathe. (F. 26.)

66.

1360. — *Abt Martin (richtig: Simon oder Walther) und der Convent von Wilhering melden den Tod einiger Professen dieses Stiftes.* (F. 26'.)

67.

1360. 4. December. (*Wilhering*.) — *Abt Walther von Wilhering (Wylhering) bittet den Weibbischof von Passau, seinen Professen Chunrad und Nycolaus die Priester-, beziehungsweise Diakonatsweihe zu ertheilen.* Datum in die beate Barbare virginis nostro contra-sigillo a tergo impresso, quia ad presens propter novitatem nostram in abbacia proprium sygillum non habuimus nec habemus, MCCCLX. (F. 26'.)

68.

(1349—1385.) In vigilia s. trinitatis. *Reun.* — *Abt Otto von Ebrach meldet dem Abte von Wilhering, dass er zur Visitation kommen werde.* (F. 26'.)

1) Albert II. 1320—1342 (vergl. Erhard, Gesch. von Passau I, 117).

2) Gramastetten im oberen Mühlviertel.

3) motem.

4) bisis.

5) attigerint.

1360. 23. Juni. (*Wilhering*.) — *Abt Otto von Ebrach urkundet über die von ihm vorgenommene Visitation des Stiftes Wilhering.*

[F. 27] Anno domini MCCCLX in vigilia beati Iohannis Baptiste nos frater *Otto* dictus abbas in *Ebera* filie nostre in *Wilhering* in Christo nobis dilecte iuxta morem ordinis annue visitacionis officium independentes corrigendorum ibidem emendacionem fieri volumus per observanciam integram submissorum. In primis. Cum ad hoc cuiuslibet ordinacionis actus merito dirigatur, per quem salubrior animarum apud altissimum fructus promeretur, eapropter statuimus firmiter precipiendo, ut divinum officium tam in cantu quam in psalmodia hylarius et devocius quam hucusque iuxta nostri ordinis consuetudinem perficiatur, ut¹⁾ missarum celebracio ab omnibus sacerdotibus sic frequentetur, ut ad minus quilibet in conventu existens quatuor missas nullo modo in septimana legere obmittat. Iuniores vero ac [qui sunt] inferioris²⁾ gradus quia notabiliter in dicto officio divino ex defectu sciencie in legendo et cantando insufficientes et quasi inhabiles, quod verecundum de ipsis est dicere, reperiuntur, idecirco ipsos sub paterna animadversione necnon pene panis et aque infliccione, ut in premissis se cum omni diligencia emendare studeant, commonemus, sic quod de cetero talia nobis minime proponantur, sicut nostram gravissimam indignacionem in futura visitacione vulerint evitare, sane adicientes, ut VII persone de sacerdotibus nunc notati singulis diebus dominicis in capella prope portam populo verbum dei predicent cum studio diligenti. Quorum si quis domino abbati aut cuicumque presidenti in hac parte inobediens fuerit, sequenti die pena panis et aque sine dispensacione puniatur ac in capitulo regularem accipiat disciplinam. Item quoniam hortus³⁾ nostre religionis tunc virtutum fructus uberes profert et fecundos, cum a superioribus rigor ac disciplina monastice vite cum omni sollicitudine nutritur ac fovetur, ideo domino abbati, priori ac ceteris senioribus huius domus in suorum remissionem peccatorum iniungimus, ut eandem disciplinam, que, proh dolor, in hac domo collapsa videbatur, ex fervore karitatis sic reformare ac conservare in se et in aliis studeant, ut preter remuneracionem divinam nostram commendacionem in futura visitacione plenius valeant adipisci, delinquentes sic corrigendo, ne facilitas pene occasionem tribuat delinquendi nec ipsius austeritas seu excessus desperacionem inducat. Item cum abdicacio proprietatis regule monachili adeo sit connexa, quod nec summus pontifex

¹⁾ ac getilgt; am Rande *ut*.

²⁾ *inferiorum*.

³⁾ *ortes*.

super ipsa dispensare consueverit, quare seriose et in virtute sancte obediencie omnibus huius domus professis precipimus, ut omnes res, quocumque nomine censeantur, iam habitas¹⁾ vel in futuram habendas de speciali licencia domini abbatis habeant ac de ipsius permissione et scitu expendant vel inpendant. Quicumque vero transgressor tam salubris²⁾ statuti repertus fuerit, in capitulo coram omnibus semel et iterum corripiatur, et si [se] denuo non emendaverit, pena proprietariorum absque retractacione puniatur. Item cum iam dudum per diffiniciones generalis capituli sub pena fugitivorum sit prohibitum, ne monachi aut conversi extra portam absque presidentis³⁾ expressa licencia egredi audeant vel presumant eciam clara die, [F. 27'] quapropter omnibus huius domus personis sub pena in eisdem contenta tales illicitos egressus districte prohibemus. Quam prohibitionem si quis contumaciter transgressus fuerit, dictis penis per omnia puniatur. Item cum virtus silentii karitatis ac pacis perfectissimum vinculum fore dinoscitur, ideo ipsam in omnibus locis ab ordine consuetis diligencius custodiri et ipsius fractores per penas ab ordine statutas striccius puniri mandamus. Quibus penis omnes illos subicimus, qui panes aut vinum de refectorio latenter exportant et secularibus ipsis contra decenciam et ordinis honestatem familiaribus largiri audent vel presumunt, cum huiusmodi familiaritas non sine nota et scandalo, ut experientia docuit, fieri consuevit. Item cum ex bonis ac honestis consuetudinibus virtutes floreat et vicia propulsentur, inter quas studium sacre leccionis ac exercitium pii laboris principatum obtinere in nostro ordine minime dubitantur, quibus omnes personas huius domus, maxime iuniores, cum omni diligencia ac devocionis affectu insistere firmiter iubemus, et profectus, quos inhauserint, in singulis colloquiis per unam notabilem auctoritatem coram presidente⁴⁾ recitando innotescere non obmittant.⁵⁾ Quod si quis neglexerit, pro qualibet vice disciplinam in capitulo accipiat regularem. Item detestabilem huius domus consuetudinem super nimia frequentacione esus carniū moderare volentes sub debito sancte obediencie ac pena panis et aque statuimus, quatenus deinceps dicta comestio omnino plus solito moderetur et signanter in domini abbatis absentia nullus sanus existens ipsis uti audeat vel presumat, nisi prior ex evidenti necessitate dispensare cogatur in talibus, et nisi in huiusmodi statutum per ipsius firmam observanciam ad effectum duxerint, in futura visitacione eandem gratiam sibi noverint amputandam.

1) Vorher *hia* durchstrichen.

2) *salubri*.

3) *presentis*.

4) Ursprünglich *presidentes*; die Correctur von der gleichen Hand.

5) *obmittat*.

Possessionum vendiciones, pensionum distracciones, debitorum augmentaciones, personarum recepciones fieri prohibemus nisi secundum ordinacionem domini Benedicti pape ac de nostra licencia speciali. Ut autem delinquentibus ignorancie occasio non suffragetur, hanc cartam ante futuram visitacionem denis vicibus in capitulo volumus coram omnibus recitari.

(Continuatur.) 384

Briefe von Stephan Wiest (O. Cist.) an Gerhoh Steigenberger.

Herausgegeben von Dr. F. Lauchert in München.

Stephan Wiest, der als solider Dogmatiker und gelehrter Kenner der theologischen Literatur in der Geschichte der katholischen Theologie des 18. Jahrh. einen ehrenvollen Platz einnimmt,¹⁾ war am 7. März 1748 zu Teisbach in Niederbayern geboren. Sein Taufname war Adam.²⁾ Er absolvierte die Gymnasialstudien in Landshut, trat dann im Stifte Aldersbach in Niederbayern 1767 in den Cistercienser-Orden und legte hier am 28. Oct. 1768 Profess ab. Hierauf studierte er im Kloster Philosophie und Theologie, unter Balduin Wurzer, feierte am 13. Oct. 1772 seine Primiz und wurde dann von seinem Abt zur Fortsetzung seiner Studien nach Ingolstadt gesandt.³⁾ Nach der Rückkehr in sein Kloster 1774 wurde ihm in demselben das Lehramt der Philosophie und Mathematik übertragen, 1780—81 das der Theologie.

Im Jahre 1781 wurde er, als an der Universität Ingolstadt die bis dahin in der theologischen und philosophischen Facultät wirkenden Exjesuiten durch Theologen aus den Orden der Benedictiner, Augustiner Chorrherren, Cistercienser und Prämonstratenser ersetzt wurden,⁴⁾ als Professor der Theologie dahin berufen, um an Stelle des abgehenden Sailer den zweiten Lehrstuhl der Dogmatik zu übernehmen; dazu docierte er auch Patrologie und theologische Literaturgeschichte. Zugleich wurde er Doctor der Theologie und etwas später churfürstlicher geistlicher Rath. 1783/84 und 1788/89 war er Decan der theol. Facultät, 1787/88 Rector der Universität. Nach dreizehnjähriger sehr erfolgreicher Lehrthätigkeit kehrte er im Herbst 1794 nach Niederlegung seines Lehramtes in sein Kloster zurück, nachdem durch chur-

¹⁾ Vgl. meinen Artikel über denselben in der Allgemeinen Deutschen Biographie, Bd. 42, S. 440—442.

²⁾ Vgl. Neues Magazin für kath. Religionslehrer, 1816, Bd. I, S. 348.

³⁾ Vgl. Neues Magazin, a. a. O.

⁴⁾ Vgl. darüber Mich. Permaneder, Annales Univ. Ingolst.-Landshut.-Monach., P. V (Monachii 1859), p. 58 ss.